2555	530	2591	539	2627	548	2663	557	2699	566	2735	575	2771	584
2556	632	2592	641	2628	650	2664	659	2700	668	2736	677	2772	686

Periodus Romana annorum 3400. Stylo Juliano.

Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.
2773	381	2809	390	2845	399	2881	408	2917	417	2953	426	2989	435
2774	483	2810	492	2846	501	2882	510	2918	519	2954	528	2990	537
2775	585	2811	594	2847	603	2883	612	2919	621	2955	630	2991	639
2776	687	2812	696	2848	705	2884	714	2920	723	2956	732	2992	741
2777	382	2813	391	2849	400	2885	409	2921	418	2957	427	2993	436
2778	484	2814	493	2850	502	2886	511	2922	520	2958	529	2994	538
2779	586	2815	595	2851	604	2887	613	2923	622	2959	631	2995	640
2780	688	2816	697	2852	706	2888	715	2924	724	2960	733	2996	742
2781	383	2817	392	2853	401	2889	410	2925	419	2961	428	2997	437
2782	485	2818	494	2854	503	2890	512	2926	521	2962	530	2998	539
2783	587	2819	596	2855	605	2891	614	2927	623	2963	632	2999	641
2784	689	2820	698	2856	707	2892	716	2928	725	2964	734	3000	743
2785	384	2821	393	2857	402	2893	411	2929	420	2965	429	3001	438
2786	486	2822	495	2858	504	2894	513	2930	522	2966	531	3002	540
2787	588	2823	597	2859	606	2895	615	2931	624	2967	633	3003	642
2788	690	2824	699	2860	708	2896	717	2932	726	2968	735	3004	744
2789	385	2825	394	2861	403	2897	412	2933	421	2969	430	3005	439
2790	487	2826	496	2862	505	2898	514	2934	523	2970	532	3006	541
2791	589	2827	598	2863	607	2899	616	2935	625	2971	634	3007	643
2792	691	2828	700	2864	709	2900	718	2936	727	2972	736	3008	745
2793	386	2829	395	2865	404	2901	413	2937	422	2973	431	3009	440
2794	488	2830	497	2866	506	2902	515	2938	524	2974	533	3010	542
2795	590	2831	599	2867	608	2903	617	2939	626	2975	635	3011	644
2796	692	2832	701	2868	710	2904	719	2940	728	2976	737	3012	746
2797	387	2833	396	2869	405	2905	414	2941	423	2977	432	3013	441
2798	489	2834	498	2870	507	2906	516	2942	525	2978	534	3014	543
2799	591	2835	600	2871	609	2907	618	2943	627	2979	636	3015	645
2800	693	2836	702	2872	711	2908	720	2944	729	2980	738	3016	747
2801	388	2837	397	2873	406	2909	415	2945	424	2981	433	3017	442
2802	490	2838	499	2874	508	2910	517	2946	526	2982	535	3018	544
2803	592	2839	601	2875	610	2911	619	2947	628	2983	637	3019	646
2804	694	2840	703	2876	712	2912	721	2948	730	2984	739	3020	748
2805	389	2841	398	2877	407	2913	416	2949	425	2985	434	3021	443
2806	491	2942	500	2878	509	2914	518	2950	527	2986	536	3022	545
2807	593	2843	602	2879	611	2915	620	2951	629	2987	638	3023	647
2808	695	2844	704	2880	713	2916	722	2952	731	2988	740	3024	749

Periodus Romana annorum 3400. Stylo Juliano.

Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.
3025	444	3061	453	3097	462	3133	471	3169	480	3205	489	3241	498
3026	546	3062	555	3098	564	3134	573	3170	582	3206	591	3242	600
3027	648	3063	657	3099	666	3135	675	3171	684	3207	693	3243	702
3028	750	3064	759	3100	768	3136	777	3172	786	3208	795	3244	804
3029	445	3065	454	3101	463	3137	472	3173	481	3209	490	3245	499
3030	547	3066	556	3102	565	3138	574	3174	583	3210	592	3246	601
3031	649	3067	658	3103	667	3139	676	3175	685	3211	694	3247	703
3032	751	3068	760	3104	769	3140	778	3176	787	3212	796	3248	805
3033	446	3069	455	3105	464	3141	473	3177	482	3213	491	3249	500
3034	548	3070	557	3106	566	3142	575	3178	584	3214	593	3250	602
3035	650	3071	659	3107	668	3143	677	3179	686	3215	695	3251	704
3036	752	3072	761	3108	770	3144	779	3180	788	3216	797	3252	806
3037	447	3073	456	3109	465	3145	474	3181	483	3217	492	3253	501
3038	549	3074	558	3110	567	3146	576	3182	585	3218	594	3254	603
3039	651	3075	660	3111	669	3147	678	3183	687	3219	696	3255	705
3040	753	3076	762	3112	771	3148	780	3184	789	3220	798	3256	807
3041	448	3077	457	3113	466	3149	475	3185	484	3221	493	3257	502
3042	550	3078	559	3114	568	3150	577	3186	586	3222	595	3258	604
3043	652	3079	661	3115	670	3151	679	3187	688	3223	697	3259	706
3044	754	3080	763	3116	772	3152	781	3188	790	3224	799	3260	808
3045	449	3081	458	3117	467	3153	476	3189	485	3225	494	3261	503
3046	551	3082	560	3118	569	3154	578	3190	587	3226	596	3262	605
3047	653	3083	662	3119	671	3155	680	3191	689	3227	698	3263	707
3048	755	3084	764	3120	773	3156	782	3192	791	3228	800	3264	809
3049	450	3085	459	3121	468	3157	477	3193	486	3229	495	3265	504
3050	552	3086	561	3122	570	3158	579	3194	588	3230	597	3266	606
3051	654	3087	663	3123	672	3159	681	3195	690	3231	699	3267	708
3052	756	3088	765	3124	774	3160	783	3196	792	3232	801	3268	810
3053	451	3089	460	3125	469	3161	478	3197	487	3233	496	3269	505
3054	553	3090	562	3126	571	3162	580	3198	589	3234	598	3270	607
3055	655	3091	664	3127	673	3163	682	3199	691	3235	700	3271	709
3056	757	3092	766	3128	775	3164	784	3200	793	3236	802	3272	811
3057	452	3093	461	3129	470	3165	479	3201	488	3237	497	3273	506
3058	554	3094	563	3130	572	3166	581	3202	590	3238	599	3274	608
3059	656	3095	665	3131	674	3167	683	3203	692	3239	701	3275	710
3060	758	3096	767	3132	776	3168	785	3204	794	3240	803	3276	812

Periodus Romana annorum 3400. Stylo Juliano.

Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.	Anni Domini	Numeri tetraët.
3277	507	3297	512	3317	517	3337	522	3353	526	3369	530	3385	534
3278	609	3298	614	3318	619	3338	624	3354	628	3370	632	3386	636
3279	711	3299	716	3319	721	3339	726	3355	730	3371	734	3387	738
3280	813	3300	818	3320	823	3340	828	3356	832	3372	836	3388	840
3281	508	3301	513	3321	518	3341	523	3357	527	3373	531	3389	535
3282	610	3302	615	3322	620	3342	625	3358	629	3374	633	3390	637
3283	712	3303	717	3323	722	3343	727	3359	731	3375	735	3391	739
3284	814	3304	819	3324	824	3344	829	3360	833	3376	837	3392	841
3285	509	3305	514	3325	519	3345	524	3361	528	3377	532	3393	536
3286	611	3306	616	3326	621	3346	626	3362	630	3378	634	3394	638
3287	713	3307	718	3327	723	3347	728	3363	732	3379	736	3395	740
3288	815	3308	820	3328	825	3348	830	3364	834	3380	838	3396	842
3289	510	3309	515	3329	520	3349	525	3365	529	3381	533	3397	537
3290	612	3310	617	3330	622	3350	627	3366	631	3382	635	3398	639
3291	714	3311	719	3331	724	3351	729	3367	733	3383	737	3399	741
3292	816	3312	821	3332	826	3352	831	3368	835	3384	839	3400	843
3293	511	3313	516	3333	521								
3294	613	3314	618	3334	623								
3295	715	3315	720	3335	725								
3296	817	3316	822	3336	827								

Expletis annis 3400. redeundum eſt ad initium periodi; ita ut illius annus primus, habens numerum tetraëtericum 538. æquè congruat anno Domini 1. & 3401. Et ita de cæteris juxta continuam numerorum tetraëtericorum ſeriem, quæ plane poſtulat, vt eodem revolvatur illa Periodus.

Abacus Lunaris pro Periodo annorum 3400. Stylo Juliano.

		D.	H.	M.	ii.	iii.	iv.	v.	vi.
Dimidius Menſis.		14.	18.	22.	1.	35.	21.	42.	30.
Menſis completus.		29.	12.	44.	3.	10.	43.	25.	0.
Epactæ tetraëtericæ.	i.	14.	0.	1.	24.	14.	33.	0.	0.
	xix.	0.	5.	50.	12.	0.	0.	0.	0.
	xcv.	1.	5.	11.	0.	0.	0.	0.	0.

Abacus ille lunaris ad cujus rationes diriguntur epactæ noſtræ aſtronomicæ affixę numeris tetraëtericis 850. nonnihil differt ab accuratiore aſtronomorum calculo. Sed differentia eſt adeo levis; ut Clavius agens de magna Periodo lunari annorum 3400. à Vieta uſurpata, jure merito ſcribat cap. xxiiii. Cal. Greg. pag. 529. *eam Periodum maximè ad veritatem accedere*. Et quidem tabulæ Pariſinæ epactales Petavii non niſi uno minuto & uno circiter ſecundo ſummam augent hujus Periodi.

CANONES IN PERIODUM ROMANAM Aptandam Calendario Lunari Aſtronomico.

CANON I.

Annos ante, & poſt Chriſtum natum in Periodo Romana invenire.

DE annis à Chriſto nato ter mille quadringentis non eſt quod dicam; cùm periodum Romanam hi nobis explicent. Itaque canon eſt de annis qui Chriſti nati epocham vulgarem antevertunt, & de illis, qui porriguntur ultra ter mille quadringentos annos ejuſdem epochæ.

Quando anni ante Chriſtum natum non ſuperant annos 3400. Subtrahuntur annis 3401. & reſidui ſunt anni Periodi Romanæ. Detur, exempli gratia, annus ante dictam epocham 720. quem inſignem reddit una & altera eclipſis lunaris, Babylone obſervata ſub Mardokempado ſeu Merodacho Rege Babyloniorum, Ezechia regnante ſuper Judam, & florente Iſaia, cujus extat vaticinium adverſus Babylonios *augures cæli, qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annuntiarent ventura.* Cap.xlvii verſ.13. Annos 720. ſubtrahamus annis 3401. Supereſt annus Periodi Romanæ 2681. qui proinde congruit anno ante Chriſtum 720.

Si anni ante epocham eandem dati ſuperaverint annos 3400. abjicientur de ſumma data illi 3400. & reſiduum ſimiliter ſubtrahetur annis 3401. Sit in exemplum annus ante Chriſtum natum 3761. à quo Judaica periodus exordium ducit. Demptis de hac ſumma annis 3400. reſidui ſunt 361. qui ſubtracti annis 3401. relinquunt nobis annum Periodi Romanæ 3040. qui idcirco venit copulandus cum anno ante Chriſtum natum 3761.

Quod ſpectat annos Chriſti excedentes annos 3400. expanſos in Periodi Romanæ tabula, hi dicto citius convertuntur in annos ejuſdem Periodi, abjectis annis 3400. quotieſcumque id poſtulat calculus. Sic annus Domini 5000. in quo terminatur tabula feſtorum mobilium temporaria, digeſta à Clavio & ad pleniluniorum mediorum calculos revocata cap.xxii. Calend. Gregor. reperitur ſtylo Juliano annus Periodi Romanæ 1600.

CANON II.

Dato quovis anno Periodi Romanæ, inveſtigare epactam illius aſtronomicam.

NOtetur numerus tetraëtericus congruens anno periodi Romanæ dato. Is epactam aſtronomicam exhibebit in tabula numerorum tetraëtericorum, quibus epactæ aſtronomicæ illigantur. Sic poſito in exemplum anno periodi Romanæ 2681. numerus tetraëtericus 358. qui ipſi reſpondet, indicat deberi huic anno epactam aſtronomicam D.7, H.16, M.16.

CANON III.

Inventa epacta aſtronomica, invenire novilunia media anni cui reſpondet.

SIgnatis minutis, horis & diebus epactæ aſtronomicæ, affixæ numero tetraëterico congruenti anno dato, adeundum eſt Calendarium aſtronomicum, juxta methodum traditam pag. 39. Mox quælibet lunatio dabit minutum, horam, & diem novilunij medij. Et quidem ſi annus datus vnus ſit ex tribus primis quadriennij, in quo jacet numerus tetraëtericus epactæ, dies novilunii quærendus eſt in ordine dierum communium menſis labentis: Si autem annus datus quartus ſit in aſſignato quadriennio, dies ille novilunii medii quærendus eſt poſt intercalationem biſſexti in ordine dierum biſſextilium. Exempla ſubijcio, quæ vſum Calendarij & periodi reddunt teſtatiſſimum.

Exemplum I. Anno primo ſecundæ Olympiadis, ante Chriſtum natum 772. die xxiij. Choiac Ægyptii menſis, ſeu xxiv. menſis Junii, quo conceptum in matris vtero Romulum putat Tarrutius Mathematicus apud Plutarchum in Romulo, novilunium medium contigit *Romæ*, *hora* 20. 3'. 14''. poſt mediam noctem, ſeu hora 8. 3'. 14''. poſt meridiem; ut ſupputat Petavius lib. viii. de Doctrina temporum pag. 770. niſi quod Julij xxiv. dies pro Iunij xxiv. mendoſe & contra calculi fidem in locum hunc irrepſit. Annus ante Chriſtum natum 772. juxta priorem canonem eſt Periodi Romanæ 2629. cui congruit numerus tetraëtericus 345. Epacta aſtronomica reſpondens huic numero eſt D. 2, H. 20, M. 22. & in lunatione ſexta Calendarij aſtronomici ſignat novilunium medium die communi 24. Iunii menſis, hora 8. minutis 2. à meridie. Hoc eſt uno tantum minuto citius, quàm calculus Petavii novilunium hoc exhibeat.

Exemplum II. Anno Domini 32. novilunium medium commiſſum eſt Romæ Kalendis Januariis in ipſo meridie, vti docet accuratiſſimus aſtronomus V. C. Joannes Dominicus Caſſinus in Indicam ſeu Siamenſem Aſtronomiam num. xviii. Annus ille in periodo Romana obtinet numerum tetraëtericum 1. adeòque epactam aſtronomicam D. 29, H. 12, M. 44. quæ in lunatione prima Calendarii aſtronomici dat novilunium medium die prima Januarij, hor. 0. min. 0. ac proinde omnino in meridie.

Exemplum III. Anno Domini 45. *Eclipticum novilunium ex calculis Petavij lib 8. Doct. Temp. pag. 823. juxta medios motus, fuit Auguſti die primo, hor. 3. 13'. 34''. poſt meridiem.* Quemadmodum notat Eminentiſs. Cardinalis Noriſius in faſtos conſulares Anonymi, pag. xxxxviii. Numerus tetraëtericus 549. debetur ex Periodo Romana anno Domini 45. Epacta congruens huic numero eſt D. 24, H. 2, M. 39. & in lunatione octava Calendarii prodit novilunium medium *Auguſti die primo, hor. 3. 13'. poſt meridiem*.

Exemplum IV. Eminentiſſimus idem Scriptor agens de novilunio paſchali anni Domini 453. pag. 31. Diſſertationis de Paſchali Latinorum cyclo annorum lxxxiv. ſcribit: *Eo autem anno ad Vrbis meridianum Novilunium medium fuit Martii die 25. hor. 9. 8'. 35''. poſt meridiem*. Is annus ex Periodi Romanæ methodo habet numerum tetraëtericum 651. cui illigatur epacta aſtronomica D. 5. H. 5. M. 4. indicans in lunatione tertia Calendarii Novilunium *Martii die 25. hor. 9. 8'. poſt meridiem*.

Exemplum V. *Menſe Decembri anni* 1285. *Tabulæ Aſtronomicæ produnt ſecundum medium motum, Novilunium Romæ aliquot minutis ante mediam noctem, quam dies* 28. *Decembris conſequitur*, vt iterum ſcribit idem Cardinalis in Diſſertatione de Cyclo Paſchali Ravennate, cap. iv. pag. 87. Annus Domini 1285. in periodo Romana notatus, habet numerum tetraëtericum 9. cui affigitur epacta aſtronomica D. 23. H. 9. M. 59. dans in lunatione embolima Calendarii Novilunium medium die 27. Decembris, hor. 11. minutis 34. poſt meridiem, ſeu minutis 26. *ante mediam noctem, quam dies* 28. *Decembris conſequitur*.

Multus eſſem, ſi alia ex ejuſdem Cardinalis abaco exempla peterem. Quo tamen adhuc eluceat ſcrupuloſiſſima Calendarii Aſtronomici, & Periodi Romanæ accuratio, novilunia quædam menſis Decembris reperta in lunatione embolima per epactas aſtronomicas numeris tetraëtericis affixas confero cum totidem noviluniis, intervallo 84. annorum interpoſito, ſupputatis ab eodem Cardinale pag. 47. Diſſertationis jam laudatæ de Paſchali Latinorum cyclo annorum lxxxiv.

Calculus in Calendario Aſtronomico repertus.										Calculus Noriſianus.				
Anni ante Chriſt. nat.	Anni per. Romanæ	Numeri tetraëterici	Epactæ aſtronomicæ. D.	H.	M.	Novil. Menſis Decemb. poſt meridiem. D.	H.	M.	Anni Urbis	Novilunia Menſis Decembris poſt meridiem. D.	H.	'	"
292	3109	465	29.	6.	3	21.	15.	29	462	21.	15.	29.	33
208	3193	486	27.	23.	12	22.	22.	20	546	22.	22.	20.	37
124	3277	507	26.	16.	21	24.	5.	11	630	24.	5.	11.	41
40	3361	528	25.	9.	30	25.	12.	2	714	25.	12.	2.	45
Anni Chriſti & Per. Romanæ	45	549	24.	2.	39	26.	18.	53	798	26.	18.	53.	50
	129	570	22.	19.	48	28.	1.	44	882	28.	1.	44.	54
	213	591	21.	12.	57	29.	8.	35	966	29	8.	35.	58
	297	612	20.	6.	6	30.	15.	26	1050	30.	15.	27.	2

Patentiſſimam oculis hanc Noviluniorum concordiam verbis augere ſuperfluum foret. Nec eſt quod moremur unum illud minutum, quo calculus Noriſianus calculum noſtrum ſuperat in novilunio anni Urbis 1050. Chriſti & Periodi Romanæ 297. ob ſecunda in Calendario Aſtronomico haud expreſſa.

C A N O N IV.

Notato numero tetraëterico anni dati, reperire alium numerum tetraëtericum ad inveſtigandum epactam indicem pleniluniorum.

SI numerus tetraëtericus anni dati non excedat ſummam 425. adde illam ſummam, & habebis numerum tetraëtericum, cui illigatur epacta aſtronomica index pleniluniorum mediorum totius anni. Si autem numerus tetraëtericus anni dati ſuperet dictam ſummam 425. Subtrahe illam numero tuo tetraëterico, & ſimiliter inuenies epactam aſtronomicam indicem pleniluniorum. Exemplis rem illuſtro.

Exemplum I. Anno ante Chriſti nati æram vulgarem 720. qui ex canone i. eſt Periodi Romanæ 2681. debetur numerus tetraëtericus 358. Adde 425. habebis numerum tetraëtericum 783. cui affigitur epacta Aſtronomica D. 22. H. 10. M. 38. quæ dabit plenilunia illius anni. Sic in lunatione tertia reperies plenilunium octava die Martii, horis 3. minutis 34. à meridie: & in lunatione nona ſeptimum ab illo plenilunium invenies prima die Septembris, horis 7. minutis 58 item à meridie. Petavius lib. 8. De Doctrina Temporum pag. 774. & 775. vnum & alterum exhibet plenilunium eclipticum anni ante Chriſtum 720 calculo ad meridianum Pariſinum directo, cui ſi addas ex ejus canone minuta 50. pro meridiano Romano ad quem calculus noſter dirigitur, reperies vnum plenilunium ſecundum medios motus accidiſſe Romæ octava die Martii, horis 3. minutis 35. poſt meridiem: alterum verò prima die Septembris, horis 7. minutis 59. item poſt meridiem; ita ut calculus Petavianus vno tantum minuto noſtrum ſuperet. Adverte obiter vocem *Novilunium* ter irrepſiſſe in paginam 775. contra Petavii propoſitum, & calculorum ejus fidem.

Exemplum II. Anno ante Chriſtum 200. Periodi Romanæ 3201. reſpondet numerus tetraëtericus 488. Inde ſubductis 425. reſtat numerus tetraëtericus 63. cui illigatur epacta aſtronomica D. 11. H. 16. M. 9. Hæc in lunatione tertia Calendarij ſignat plenilunium medium Martii

Die

Die 18. Hora 22. Min.3. à meridie, ſeu die 19. hora 10. min.3. à media nocte. Petavius in octavo de doctrina temporum pag.811.ſupputat hoc *plenilunium medium Martij xix. hora 9. 13'. poſt mediam noctem lutetiæ.* Additis ſecundum illius canonem minutis 50 plenilunium hoc factum eſt Romæ hor.10.min.3.à media nocte, omnino juxta noſtrum Calendarium.

Ex his inferendum eſt tempus mediæ oppoſitionis ſeu plenilunii medij poſt annos mille ſeptingentos tranſire in tempus mediæ coniunctionis ſeu nouilunii medii, & vice verſa tempus mediæ conjunctionis poſt totidem annos converti in tempus mediæ oppoſitionis. Nam numerus tetraëtericus, qui per additionem, vel ſubſtractionem 425. factam numero tetraëterico conjunctionis, aſſumitur in ſignum epactæ indicis omnium anni dati pleniluniorum, poſt annos mille ſeptingentos reperitur in Periodo Romana character epactæ indicis omnium anni cui conjungitur, noviluniorum. Is autem numerus qui ante mille ſeptingentos annos exhibuerat epactam noviluniorum indicem, eam nunc mutat in epactam pleniluniorum. Palam ante oculos rem facio exemplo anni Chriſti 1501.collati cum anno ante Chriſtum 200. Jam vidimus in ſecundo huius canonis exemplo numerum tetraëtericum 63. aſſumptum eſſe in ſignum epactæ D.11. H.16.M.9. quæ anno ante Chriſtum 200.ſignavit plenilunium Martii die 18. hora 22. min.3. à meridie, idque omnino juxta Petavii calculos. Atqui poſt annos mille ſeptingentos, nempe anno Chriſti 1501.vſurpandus venit ex Periodo Romana numerus tetraëtericus 63. una cum epacta D.11.H.16.M.9 quæ dat novilunium Martii die 18.hora 22.Min.3.à meridie, idque iterum juxta tabulas Pariſinas epactales Petavii ad meridianum Romanum directas, quæ ne uno quidem ſecundo excedunt hunc noſtrum calculum.

CANON V.

Epactas Aſtronomicas Periodi Romanæ æquare quàm proximè tabulis Pariſinis epactalibus Petavii.

QUamvis epactæ aſtronomicæ Periodi Romanæ quàm proximè aſſequantur tabulas Pariſinas epactales Petavii ad meridianum Romanum directas, in ſingulis annis primis ſingularum tetraëteridum, ſeu ſingulorum quadrienniorum; tantiſper tamen ab illis abſunt in reliquis tribus, idque ob defectum methodi tetraëtericæ. Hæc enim methodus efficit, ut minuta 2. deficiant epactam anni ſecundi, minuta 5.epactam anni tertii, & minuta 7.epactam anni quarti in ſingulis tetraëteridibus. Si igitur quempiam moveat hæc quamvis leviſſima diſcrepantia minutorum; dato anno ſecundo unius tetraëteridis, addantur minuta 2.minutis epactæ quæ ipſi congruit: dato anno tertio, addantur ſimiliter minuta 5.& dato anno quarto, minuta 7.

Exemplum anni ſecundi tetraëteridis: Anno ante Chriſtum 431. qui eſt Periodi Romanæ 2970.& ſecundus tetraëteridis, debetur numerus tetraëtericus conjunctionis 532.una cum epacta D.22,H.8,M.8. Additis minutis 2. prodit epacta D.22.H.8. M. 10.qualem ad hunc annum poſtulant tabulæ Pariſinæ epactales Petavii. Erat annus Urbis Romæ 323.quo non tam juxta Petavium quàm Emin.Card.Noriſium pag.48.Diſſertationis de Paſchali Latinorum cyclo annorum lxxxiv. Novilunium medium contigit *Romæ Decembris die 28.hor. 13.22'.poſt meridiem*, quà die, hora, & minutis deſcripta mihi epacta prodit novilunium in lunatione embolima.

Exemplum anni tertii tetraëteridis: Anno Chriſti 455.reſpondet numerus tetraëtericus 5. cum epacta D.26.H.11, M.21.Additis minutis 5.fit epacta D.26. H.11. M.26. quæ in quarta lunatione dat nobis paſchale novilunium die 2. menſis Aprilis, hora 15.min.30.à meridie.Ex tabulis Petavii ad meridianum Romanum directis, & revocatis ad meridiei calculos per additionem horarum 12.habetur epacta D. 26, H.11,26', 19''. quæ, ſecundis 19. neglectis, ſignat præfatum novilunium dicta die 2.Aprilis, hor.15.min.30.poſt meridiem, omnino ſecundum noſtrum Calendarium. At ſi ſecunda exprimantur, tempus dicti novilunii præter diem 2. Aprilis, hor.15. poſtulat minuta 29. ſecunda 54. Hinc Eminentiſſimus Noriſius in diſſert.de paſchali Latinorum cyclo ann.lxxxiv.pag.32.ſcribit: *Novilunium medium eo anno 455.contigit Romæ die 3.Aprilis, hor.3.29'.54''.à media nocte.*

Exemplum anni quarti tetraëteridis: Anno Chriſti 444. congruit numerus tetraëtericus 104. & epacta D.24,H.15,M.10.quæ, adhibita æquatione debita anno tetraëteridis quarto, fit præter dies 24.& horas 15,minutorum 17.& prodit novilunium medium Martij die 4, hor.22. min.55.poſt meridiem. Tabulæ Petavianæ ad idem meridianum & eandem temporis epocham accommodatæ dant nobis epactam dicti anni D.24.H.15.17'.31''.& novilunium medium Martii,

ſecundis neglectis, die 4. hor. 22. min. 55. poſt meridiem, ſeu die 5, hor. 10, min. 55. poſt mediam noctem. Cardinalis Noriſius in laudata diſſertatione pag. 22. ait: *Cæleſte Novilunium anno 441. contigit Romæ die 5. Martii, hor. 10. 55'. 34. à media nocte.*

Si præfatam minutorum æquationem non adhibuerimus, epactæ noſtræ medium quoddam obtinebunt inter tabulas Pariſinas Petavii, & Philolaicas Bullialdi. Quæ enim congruunt anno primo, & ſecundo tetraëteridis, proxime attingunt calculum Petavianum: quæ autem reſpondent anno tertio & quarto, magis accedunt ad Bullialdicum.

C A N O N VI.

Periodum Romanam à Stylo Juliano ad Stylum Gregorianum reducere.

Conſtruenda eſt tabula radicum Gregorianarum eo qui ſequitur modo, notatis hinc annis Domini, illinc annis Periodi Romanæ, item minutis addendis, vel ſubtrahendis Stylo Juliano.

Radices Gregorianæ Aſtronomicæ.

Anni Domini	An. per. Romanæ	Minuta æquationis	Anni Domini	An. per. Romanæ	Minuta æquationis	Anni Domini	An. per. Romanæ	Minuta æquationis	Anni Domini	An. per. Romanæ	Minuta æquationis
1501	317	8. A.	3101	2057	12. S.	4701	2329	18. A.	6301	669	2. S.
1701	2145	19. A.	3301	485	2. S.	4901	2225	22. S.	6501	2497	9. A.
1801	1941	21. S.	3401	2213	10. A.	5001	553	11. S.	6601	825	21. A.
1901	269	9. S.	3501	541	20. A.	5101	2281	0. 0	6701	621	19. S.
2101	2097	1. A.	3701	437	9. S.	5301	709	11. A.	6901	2449	10. S.
2201	425	12. A.	3801	2165	8. S.	5401	2437	21. A.	7001	777	1. A.
2301	2153	23. A.	3901	493	2. A.	5501	2233	17. S.	7101	2505	12. A.
2501	2049	16. S.	4101	2321	13. A.	5701	661	6. S.	7301	933	23. A.
2601	377	6. S.	4201	649	25. A.	5801	2389	4. A.	7401	729	16. S.
2701	2105	6. A.	4301	445	15. S.	5901	717	15. A.	7501	2457	6. S.
2901	533	17. A.	4501	2273	4. S.	6101	613	24. S.	7701	885	5. A.
3001	329	23. S.	4601	601	7. A.	6201	2341	14. S.	7801	2613	17. A.
									7901	2409	23. S.
									8101	837	12. S.
									8201	2565	1. A.

Pro radicibus Gregorianis ulterius eruendis redeundum eſt ad initium, addendo annis Domini annos 6800, annis autem periodi Romanæ annos 576. Sic annis 6800. additis anno Domini 1501. annis autem 576. accedentibus anno Periodi Romanæ 317. prodit una radix Gregoriana quæ annum Periodi Romanæ 893. copulat cum anno Domini 8301. Similiter annis 6800. additis anno Domini 1701, & annis 576. additis anno Periodi Romanæ 2145. extrahitur alia radix Gregoriana quæ componit annum Periodi Romanæ 2721. cum anno Domini 8501. Idem facies in cæteris radicibus, quæ ſequuntur, & radicem quam deſideras, mox obtinebis. Eſt autem advertendum notatam minutorum æquationem minutis epactæ per radicem inventæ addendam, vel ſubtrahendam, in orbem

prope redire. Dico *prope*: quia æquatio radicis extractæ auget æquationem radicis unde extrahitur, uno vel duobus minutis. Rationem ſcrupuloſæ hujus æquationis ponit in conſpectu canon ix.

CANON VII.

Dato anno Domini Stylo Gregoriano, invenire annum Periodi Romanæ, qui ipſi congruit.

COnſule canonem vi. & quære in radicibus Gregorianis annum Domini datum, vel proximè minorem, ſi annus datus non adfuerit. Quot anni ſuperabunt annum illum proximè minorem, addendi ſunt anno periodi Romanæ qui notatæ radici congruit.

Exemplum: Dato anno Domini 1582, qui eſt primus in Stylo Gregoriano, volo invenire annum Periodi Romanæ qui ipſi reſpondet. Annus ille non extat in radicibus Gregorianis. Itaque ſumo proximè minorem, nempe annum Domini 1501. cui conjungitur annus periodi Romanæ 317. Cùm annus Domini 1582. ſuperet annum Domini 1501. annis 81. addo annos 81. anno Periodi Romanæ 317. & reperio annum huius periodi 398. copulandum eſſe cum anno Domini 1582.

CANON VIII.

Invento anno Periodi Romanæ Stylo Gregoriano, æquare epactam aſtronomicam, quæ tetraëterico illius anni numero debetur.

NOta in primis numerum tetraëtericum anni periodi Romanæ inventi. Mox quære in tabula numerorum tetraëtericorum epactam aſtronomicam notato numero tetraëterico reſpondentem. Tum adi canonem vi. ut inde habeas minuta æquationis addenda, vel ſubtrahenda minutis epactæ tuæ, juxta id quod radix Gregoriana data poſtulat.

Exemplum: Anno Domini 1601. qui juxta canonem vii. eſt annus Periodi Romanæ 417. Stylo Gregoriano, debetur numerus tetraëtericus 642. adeoque epacta aſtronomica D. 26. H. 20. M. 31. Uis æquare hanc epactam, conſule in ſexto canone radicem Gregorianam, quæ copulat annum Periodi Romanæ 317. cum anno Domini 1501. & invenies minuta æquationis 8. addenda. Adde igitur minutis epactæ datæ minuta 8. habebis epactam aſtronomicam Gregorianam æquatam Dierum 26. Horarum 20. Minutorum 39.

CANON IX.

Styli Gregoriani in epactis aſtronomicis æquatis accurationem demonſtrare è Stylo Juliano.

TEmpus novilunii ſignati per epactam aſtronomicam Gregorianam æquatam confer cum tempore ejuſdem novilunii ſignati per epactam aſtronomicam Julianam. Si exactam Styli Juliani à Stylo Gregoriano differentiam repereris, manifeſtiſſima erit tibi epactæ Gregorianæ accuratio.

Exemplum: Anno Domini 1601. jam memorato Stylus Gregorianus Stylo Juliano adimebat dies omnino decem. Epacta aſtronomica Gregoriana æquata illius anni eſt D. 26, H. 20. M. 39. ut vidimus can. viii. Si novilunium paſchale aſtronomicum ejuſdem anni ſcire cupias, adi lunationem quartam Calendarii aſtronomici, & dicta epacta indicabit tibi hoc novilunium die ſecunda menſis Aprilis, hora 6. min. 17. à meridie. At Stylo Periodi Romanæ Juliano annus Domini 1601. habet numerum tetraëtericum 88. cum epacta aſtronomica D. 7. H. 7. M. 55. quæ in ter-

in tertia lunatione Calendarii ſignat præfatum novilunium die 23.menſis Martii, hora 6.min.17. à meridie:ita ut differentia Styli Juliani à Stylo Gregoriano ſit dierum decem abſque ulla horarum & minutorum additione vel detractione.

Ad majorem commoditatem hujus canonis, ſubjicio tabulam in qua diligenter adnotantur per plura ſecula dies in Stylo Gregoriano omiſſi. Ne quis autem miretur me hanc dierum omiſſionem ponere non in centeſimis in quibus omittuntur dies biſſextiles, ſed ſtatim poſt hujuſmodi centeſimos, obſervet velim epactas aſtronomicas Gregorianas, quæ congruunt annis centeſimis non biſſextilibus, nullum ex biſſexti omiſſione incommodum pati: quia in ejuſmodi annis omnino uſurpantur ut in annis communibus, hoc eſt, nulla dierum biſſextilium qui notantur in Calendario, habita ratione. Sit igitur.

Tabula dierum omiſſorum in Stylo Gregoriano.

Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi	Anni Domini	Dies omiſſi
1582	10												
1701	11	3301	23	4901	35	6501	47	8101	59	9701	71	11301	83
1801	12	3401	24	5001	36	6601	48	8201	60	9801	72	11401	84
1901	13	3501	25	5101	37	6701	49	8301	61	9901	73	11501	85
2101	14	3701	26	5301	38	6901	50	8501	62	10101	74	11701	86
2201	15	3801	27	5401	39	7001	51	8601	63	10201	75	11801	87
2301	16	3901	28	5501	40	7101	52	8701	64	10301	76	11901	88
2501	17	4101	29	5701	41	7301	53	8901	65	10501	77	12101	89
2601	18	4201	30	5801	42	7401	54	9001	66	10601	78	12201	90
2701	19	4301	31	5901	43	7501	55	9101	67	10701	79	12301	91
2901	20	4501	32	6101	44	7701	56	9301	68	10901	80	12501	92
3001	21	4601	33	6201	45	7801	57	9401	69	11001	81	12601	93
3101	22	4701	34	6301	46	7901	58	9501	70	11101	82	12701	94
												12901	95
												13001	96
												13101	97
												13301	98
												13401	99
												13501	100

Facile erit ex hac tabula judicare de radicibus Gregorianis deſcriptis in ſexto canone. Sit in exemplum radix quę abſque ulla minutorum æquatione copulat annum Domini 5101.cum anno Periodi Romanæ 2281.Numerus tetraëtericus 258. reſpondens huic anno, indicio eſt deberi ipſi epactam aſtronomicam D.25,H.1, M.10.quæ in lunatione quarta Calendarii dat novilunium medium paſchale die 4.menſis Aprilis, hor.1,min.46.à meridie.Annus ille Domini 5101.Stylo Juliano concurrit juxta primum canonem cum anno Periodi Romanæ 1701. habetque numerum tetraëtericum 113.cum epacta aſtronomica D 2.H.23.M.42.quę prçfatum novilunium exhibet in ſecunda lunatione Calendarii die 26.menſis Februarii, hor.1, min.46. à meridie. Adeo ut differentia Styli Juliani à Stylo Gregoriano ſit dierum omnino triginta ſeptem, quot omiſſos in Stylo Gregoriano notat noſtra tabula ad annum Domini 5101.

Aliud Exemplum: E radice dicti anni 5101.intelligimus juxta ſextum canonem radicem Gregorianam anni Domini 11901.poſtulare annum Periodi Romanæ 2857.una cum numero tetraëterico 402.& epacta aſtronomica D.3,H.13,M.53. Dum Stylus Julianus conjungit annum Periodi Romanæ 1701. cum dicto anno Domini 11901.ac proinde poſtulat eo anno numerum tetraëtericum 113.cum epacta aſtronomica D.2.H.23.M.42. Epacta iſta Juliana ſignat exempli

gratia

gratia novilunium in prima lunatione die 27. Januarii, hor. 13, Min. 2. poſt meridiem. At epacta Gregoriana dat hoc idem novilunium die 25. Aprilis, hor. 13 min. 3. poſt meridiem. Differentia eſt dierum 88. juxta dierum omiſſorum tabulam, ac præterea unius tantum minuti: quod æquatio radicis extractæ augeat æquationem radicis unde extrahitur, modò uno, modo duobus minutis, ut notavi in ſexto canone.

Canonem pro pleniluniis Gregorianis inveſtigandis alium non aſtruo à quarto canone. Dato enim numero tetraëterico conjunctionis Gregorianæ, mox reperitur numerus tetraëtericus oppoſitionis per additionem vel detractionem 425. juxta regulam ibi præſcriptam. Hoc ſolum moneo, æquationem minutorum addendorum, vel ſubtrahendorum minutis epactarum conjunctionis locum etiam habere in epactis oppoſitionis; ut ſervetur modus, & numerus dimidiæ lunationis, quæ eſt dierum 14. horarum 18. minutorum 22.

E P I L O G U S.

DEſcripto jam Calendario Lunari Aſtronomico, datis & Canonibus in Periodum Romanam aptandam huic Calendario, concludendum ſupereſt Calendarium Romanum conſtructum cum gemino epactarum diſpoſitu aptiſſimum eſſe ad inveſtigandum novilunia civilia, accurate ſignata per epactas civiles numeris tetraëtericis Periodi Noriſianæ affixas. Exempla ex utroque Calendario pono, quæ & calculi accurationem & antiquitatem eccleſiaſticam æque illuſtrant.

Exemplum I. Anno æræ Chriſtianæ vigeſimo nono, quo conſulatum geſſerunt duo Gemini, congruit juxta Periodum Noriſianam numerus tetraëtericus 218. epacta Romana XXVII. Cyclus Solis 10. litera Dominicalis B. Hi characteres produnt in Calendario noſtro Romano civile novilunium die quarta menſis Martii, feria VI. Si lunarem calculum aſtronomicè examinemus, Periodus Romana dat nobis numerum tetraëtericum 545. una cum epacta aſtronomica D. 27 H. 4. M 2. quæ in lunatione tertia Calendarii Aſtronomici ſignat cœleſte Novilunium Die 3. dicti menſis, hor. 10, min. 10. à meridie, ſive hora una, minutis 50. ante mediam noctem, à qua novilunium civile quarto Martii congruens accuratiſſimè ducitur.

Inſigne eſt hoc novilunium, quia citima neomenia Paſchalis Judaïca olim planè competebat in Martii diem quartum. Ideo ſanè quartamdecimam lunam paſchalem ad *XVI. Kal. Apr.* ſeu decimum ſeptimum diem menſis Martii citimo termino refert vetuſtiſſimus auctor computi *De Paſcha* tributi S. Cypriano. Nempe Judæi *Luna XIV. Sole in Ariete conſiſtente, Paſcha quotannis inſtaurare lege* jubebantur, ut auctor eſt Joſephus lib. 2. Antiq. cap. 10. Porro ingreſſus Solis in Arietem tunc vulgo creditus, ac biduo civiliter tributus, non tam XV. Kal. Apriles, ſeu Martii decimo octavo, quam XVI. Kal. Apriles, ſeu Martii decimoſeptimo notatus reperitur. Nam Columella in undecimo de re Ruſtica ait: *XVI. Calend. April. Sol in Arietem tranſitum facit.* Et in veteri Calendario Romano quod Hervartus, Petavius, Lambecius, alijque ediderunt, notatur XVI. Kal. Apr. *Sol in Ariete.* Auctor quoque laudati computi ait expreſsè, *quod dies primus novi menſis ſecundum curſum lunæ duodecies decreſcentis recognoſcitur XVI. Kal. April.*

Iſta nos docent lunam XIV. Paſchalem anni æræ vulgaris 29. accuratè incidiſſe in Martii diem decimumſeptimum, feriam V. Lunam autem quintamdecimam contigiſſe decimo octavo ejuſdem menſis, feria VI. Cum annus ille 29. juxta Periodum Romanam habuerit numerum tetraëtericum conjunctionis 545. debuit habere ex Can. IV. numerum tetraëtericum oppoſitionis 120. ac proinde epactam pleniluniorum indicem D. 12, H. 9, M. 40. quæ in lunatione tertia ſignat plenilunium Martij die 18. hor. 4, min. 32. à meridie.

Inde illuſtratur ſententia Sanctorum patrum aſſerentium Chriſtum paſſum eſſe duobus Geminis conſulibus. Quò ſpectant & Acta illa Pilati, in quibus S. Epiphanius Hær. 50. §. 2. ſe legiſſe teſtatur πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸ πάθος γεγενῆσθαι. *Decimo quinto Kalendas Apriles paſſionem contigiſſe.* Nam in primis conſtat decimooctavo menſis Martii congruere lunam quintamdecimam Paſchalem, feriam ſextam, qui ſunt ipſiſſimi characteres Paſſionis Dominicæ obſervati à Sanctis Patribus. Secundo patet oppoſitionem mediam, ſeu plenilunium, eodem die contigiſſe, & meritò. Nam Origenes tract. 35. in Matthæum ait: *In tempore, quo paſſus eſt Chriſtus, manifeſtum eſt, quoniam conventus non erat Lunæ ad Solem, quoniam tempus erat Paſchale, quod conſuetudinis eſt agere, quando Luna Solis plenitudinem habet, & in tota eſt nocte.* S. P. Auguſtinus epiſt. 199. aliàs 80. ad Heſychium num. 34. ait ſimiliter: *Quando Crucifixus eſt Chriſtus . . . Paſcha fuerat Judæorum, quod nonniſi in Lunæ plenitudine celebra-*

lebra-

lebratur. Superſedeo dictis aliorum Patrum, quia *nulli dubium eſt Paſchæ tempore Lunam fuiſſe pleniſſimam*, uti loquitur S. Hieronymus in cap. 27. Matthæi.

Si quis notati jam novilunii & plenilunii Paſchalis calculos directos velit ad meridianum Jeroſolymitanum, addat horas duas, & novilunium habebit ad quartum diem Martii, minutis 10. à media nocte, plenilunium verò ad decimum octavum ejuſdem menſis, horis 6, minutis 32. à meridie. Emin. Cardinalis Noriſius in Cenotaphijs Piſanis Diſſert. 2. §. 12. pag. 325. congruenter noſtris calculis ſtatuit mortem Chriſti *A. U. 782. duobus Geminis conſulibus, quo anno*, inquit, *eundem paßum S. Auguſtinus, aliique Patres ex vetuſta traditione paſſim affirmarunt*.

Exemplum II. Sanctiſſimus Pontifex Pius V. in reſtitutione anni lunaris, quam vnà cum reformatione Breviarii Romani aggreſſus eſt Pontificatus ſui tempore, ſuppeditat nobis hoc ſecundum exemplum pro anno Chriſti 1569. ſingula illius anni novilunia è Calendario Piano exhibeo in ſequenti paradigmate, & quidem collata cum totidem cæleſtibus noviluniis, quæ calculi accurationem nos edoceant. Quo autem illuſtrius fiat exemplum, adijcio Novilunia Nicæna anni Chriſti 353. toto quatriduo poſteriora Pianis; id quod calculus aſtronomicus æquè demonſtrat.

Annus Domini 1569.

Numerus Aureus Pianus XII.
Num. Tetraët. 120. Per. Noriſianæ.
Epacta Romana XIII.
Num. Tetraëter. 80. Periodi Romanæ
Epacta Aſtron. D. 13, H. 10, M. 40.

Novilunia.

Aſtronomica	D.	H.	M.	Civilia	
Januar.	17.	2.	4	Jan.	18
Februar.	15.	14.	48	Febr.	16
Mart.	17.	3.	32	Mart.	18
April.	15.	16.	16	Apr.	16
Mai.	15.	5.	0	Mai.	16
Jun.	13.	17.	44	Jun.	14
Jul.	13.	6.	28	Jul.	14
Aug.	11.	19.	12	Aug.	12
Septemb.	10.	7.	56	Sept.	11
Octob.	9.	20.	40	Octob.	10
Novemb.	8.	9.	24	Novemb.	9
Decemb.	7.	22.	8	Dec.	8

Annus Domini 353.

Numerus Aureus Nicænus XII.
Num. Tetraëter. 299. Per. Noriſianæ.
Epacta Romana IX.
Num. Tetraët. 626. Periodi Romanæ
Epacta Aſtron. D. 9, H. 13, M. 17.

Novilunia.

Aſtronomica	D.	H.	M.	Civilia	
Januar.	20.	23.	27	Januar.	22
Februar.	19.	12.	11	Febr.	20
Mart.	21.	0.	55	Mart.	22
Apr.	19.	13.	39	Apr.	20
Mai.	19.	2.	23	Mai.	20
Jun.	17.	15.	7	Jun.	18
Jul.	17.	3.	51	Jul.	18
Auguſt.	15.	16	35	Aug.	16
Septemb.	14.	5.	19	Sept.	15
Octob.	13.	18.	3	Octob.	14
Novemb.	12.	6.	47	Novemb.	13
Decemb.	11.	19.	31	Decemb.	12

Calculus aſtronomicus inchoat hac in tabula dies à meridie antecedente mediam noctem, à qua exor-

exordium ducunt novilunia civilia, quæ idcirco eundem cum aſtronomicis naturalem diem obtinent. Si Calendarium Pianum conſulas, Numerus Aureus xii indicabit tibi eoſdem noviluniorum civilium dies, quos in Calendario noſtro Romano prodit epacta Romana xiii. Quod ſi Calendarium Nicænum, vel potius Dionyſiano-Alexandrinum adeas, Numerus Aureus xii. dabit ſimiliter eadem novilunia civilia quæ epacta Romana ix quatriduo tardius in Calendario noſtro Romano ſignat. Faſti Conſulares Anonymi, quos ab eruditiſſimo Magliabechio acceptos edidit, & doctiſſimè illuſtravit Eminentiſſimus Cardinalis Noriſius, prodiunt ad annum Chriſti 353. *Conſtantio VI. & Conſtantio II.* conſulibus, Kalendis Januariis diem *Ven.* ſeu feriam vi. & lunam x. quæ argumento eſt deberi huic anno epactam ix. qualem Periodus Noriſiana nobis ſuppeditat. Eadem periodus nos docet ſimiliter Kalendas Januarias dicti anni incidiſſe in feriam vi. quia perhibet annum Domini 353. in linea cycli Solis 26. cui congruit litera Dominicalis C.

Ex his patet Periodum Noriſianam rectiſſimè conſequi notatam in Calendario Piano quatriduanam noviluniorum præceſſionem. Non eſt mei inſtituti enarrare hic monumenta ſingula quatriduanæ, vel pluſquam quatriduanæ hujus anticipationis. Qui eam apud auctores illius ſæculi perſpectam voluerint, legere poterunt Paulum Epiſcopum Foroſempronienſem lib. 8. Paulinæ, Joannem Lucidum in epitome emendationis Calendarii Romani, cap. 4. Joannem Mariam de Tholoſanis, ordinis Prædicatorum in brevi annotatione emendatoria Calendarii Romani directa ad Sacroſanctum Concilium Oecumenicum Tridentinum; Petrum Pitatum, inſignem mathematicum Veronenſem in ſupplicatione pro Romani Calendarij emendatione ad ejuſdem Concilij patres habita, & in epiſtola nuncupatoria ad Pium IV. Pont. Max. Eraſmum Oſvvaldum Schreckenfuchſium Auſtrium in Dialogo de Septem Calendarijs, & alios non paucos.

Adverto tamen dictam præceſſionem noviluniorum ſolum triduum interdum poſtulaſſe. Sic anno correctionis Gregorianæ, Chriſti 1582. miſſa epacta Liliana xxvii. quæ præceſſionem quatriduanam ſupponit, longe accuratiùs vſurpata eſt epacta xxvi. quæ diem unum detrahens de illa præceſſione, primum novilunium Gregorianum caſtigatiſſimè prodidit die 27. menſis Octobris, uti Calendarium noſtrum demonſtrat ex Periodo Noriſiana ad Stylum Gregorianum accommodata. Sic anno 1598. Aureo Numero 3. epacta vulgaris xxiii. emendatior fuit epacta Liliana xxiv. ut intelliges non tam ex noſtro Calendario, quàm ex his, quæ Clavius cap. xviii. Cal. Greg. pag. 351. & Petavius lib. 5. de Doct. temp. cap. 34. ſapienter ſcribunt de Paſchate anni proximè notati 1598. Ex quo aliiſque exemplis quæ brevitatis cauſa miſſa facio, manifeſtum eſt correctores Gregorianos, probe ſcientes cæleſtia novilunia ſuis temporibus ſolo triduo anticipare interdum Nicæna, triduanam illam anticipationem non immerito prætuliſſe quatriduanæ, ne novilunia Paſchalia citius, quam par erat, aliquando contingerent. Impoſſibile certè fuit, ſtante cyclo decemnovennali Nicæno, remedium adhibuiſſe ſingulis computi lunaris defectibus.

Tabulas mediorum motuum quibus antequam excogitarem tetraëtericam methodum epactarum aſtronomicarum, utebar, maximè Can. viij. In Calendarium meum Romanum pag. 37. non edo in præſenti; cum videam Periodum Romanam nonniſi in pauciſſimis minutis ab his differre. Plura præterea mitto, quæ Deo Optimo Maximo juvante dicam in tractatu de cyclis eccleſiaſticis, in quo operam meam nunc pono. Peractum anno Chriſti 1702. SS. D. N. Papæ Clementis XI Secundo, die 9. menſis Februarii, pridie Feſti S. Guillelmi, Feria v Luna xiii. Stylo Gregoriano.

FINIS.

Regi autem Sæculorum immortali, inviſibili, ſoli Deo, honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Timoth. 1. 17.

FR.NI-

FR. NICOLAUS SERANUS AQUILANUS
Sacr. Teol. Magiſter, totius Ordinis Fratrum Eremitarum
S.P.N. Auguſtini Prior Generalis.

OPus, cui titulus Calendarium Romanum Chronologorum cauſa conſtructum &c. *à Ven. P.Fr.Guillelmo Bonjour Toloſano noſtri ejuſdem Ordinis concinnatum, cum dignum approbatione repertum ſit, ut in lucem edi poſſit, facultatem præſentium tenore concedimus. Datum in Conuentu noſtro S.P.Auguſtini de Vrbe, die 7.Octobris* 1701.

Fr. Nicolaus Seranus Generalis.

Loco ✠ Sigilli

Mag.Fr. Dionyſius Gori Senenſis Profecr. Ord.

*Reg.lib.*3.

Imprimatur,
Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſc. Verulanus Viceſg.

Imprimatur.
Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter.

399883|2